

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. XIII. Jejunium omnigenæ virtutis adjumentum optimum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

mùm dari. Illustre specimen abstinentiæ. Ita profecto, inquit Damasus, canicula voluptatis, que vivere potuisset sub mensa corporis, quia impudenter in sancta sanctorum irruit, pœnitentia ac abstinentia fuisse mactata est.

Petrus Da- . Nec tantum has tales aliorum victorias narravit
mian. 10.2. Damianus, sed seipsum hac ipsa lucidae praeclarissime
in vita S. vicit. Nam preter quotidiana jejunii & abstinentiae
Romualdi e. 5.2. mihi argumenta, illud in tanto viro singulariter observan-
pag. 242. dum. Toto quadragintadiali jejuno nil umquam igne-
coctum comedit, folis contentus pomis, quae ipse &
in cibum & in potum adhibuit. Ob nimiam verò im-
becillitatem stomachi demum coactus est aliqui-
madefacti leguminis admittere. Atque hoc fecit ex-
emplo divi Romualdi motus, quem pro viribus imi-
tari studiit: cuius & res gestas scripsit, in his & illud
de gulæ victoria observatione præcipuâ narrans: Iu-
bebatur Romulds ait, illud cibi genus, quo se singu-
larius sentiebat affici, cum curâ parari; allatum verò
naribus & ori admovens: O gula, gula, inquietabat,
quām suave hoc edulium est, quām illud tibi laperet;
sed vœ tibi, nec miculam quidem ex eo gustabis. Ita
intactum remittere solebat ad cocum.

Caro Rationis famula, vile mancipium est, cuius
nequitas & fraudes nemo unquam correxerit indul-
gentia. Abstinent illud & duriter habendum, inc-
diâ & fame coercendum. Fuit qui carnis contum-
ciam in seipo experitur. Interrogavit $\text{\textcircled{E}}$ gidius
Francisci Affiliati socium, quo tibi antidoto aduersus
hoc morbi genus utendum arbitraretur. Cui $\text{\textcircled{E}}$ gi-
dius: Mi frater, inquit, quid faceres, si te molosus &
rusticanâ casâ proruens inceltere? Lapidé, ait, alter
aut fustus illum peterer, ut in fugam averterem. Ita
inquit $\text{\textcircled{E}}$ gidius, agendum cum carne si ea incipiat la-
scivire aut rationis imperium derrectare: Pete eam la-
pide contritionis & pœnitentia, fuste abstinent il-
lam contunde; & habebis obsequenter. Certe ho-
bellus genus nosi aliis artibus cicurare potest.

Angelus Politianus in epist. Gula, contumax & rebellis semper bellua in vettum ruere non cessat, nisi assiduis, ita loquar, mortificationibus coereceatur. Florentinus princeps Laurentius Medices cum fatali lectulo decumberet, omnem, ut fit, edendi appetitiam amisit. Allatis in cenulam lectissimis edulis interrogatus; & quinam cibus sapere? Hoc unum respondit: Ut solet morienti. Perinde si dixisset: In rebus humanis nihil illi reliquum edulcedinis aut solatii, qui sentit se moriturum. Ita igitur quotidianis abstinentiis frangenda est gula, ut sentiat se mori. Alias illa nimirum vivax in rationem numquam non erit contumeliosa. Lingit, catillat, sorbet, haurit, abligurit tamdiu, dum severis & quidem assiduis abstinentiae praeceptis eneretur.

Vitina fit Thaumaturgus aliquis Eleutherius, qui abstinendi & jejunandi gratiam nobis impetrat, quam sibi ab illo imperatam, Gregorius Magnus non scripsit tantum, sed & picturis voluit testari. Et stomacho Gregorius adeo laborabat, ut animi defectio cibum posceret ipso Paschatis per vigilio. Grave videbatur Gregorio ea die, quam & parvuli ieiunis venerantur, non posse cibis abstinere. Ita moerore magis quam morbo deficiens accessit Eleutherium, roganvitque grandi fiducia vires sibi a Deo impetraret, ad diem illum inediâ exigendum. Eleutherius exorari se passus mox in genua procubuit, & manibus celo elatis, stillantibusque oculis, precatus est Deum visus ad tolerandum ieiunium tantopere desideranti non negaret. Annuit Deus. Nam continuò Gregorius ilud stomachi robur persensit, quo vel biduanam inde diam ferre non recusasset.

O mi Deus, suffice vires nostræ abstinentiæ, sed ante omnia rebellem voluntatem nostram impelle, ut

A quam plerumque aversatur abstinentia; ampliet
velit. Hoc opus, hic labor est. Tolerare moderatam
inedium facilissime possemus, modò vellemus. Sed quia
nolumus, ideo frequenter frigidissimum illud auditor;
Non possumus. Da bone I E S V, quod jubes, & ju-
be, quod vis.

Ergo bonum, ergo tutissimum & optimum medicamentum est jejunium: Plurimi ac gravissimi morbi aliter non curantur. Medicorum principes affirmatissime dixit: *Hoc genus demoniorum non ejicitur nisi in ratione & jejuno.* Ergo beati qui nunc effuriantur, quia frustarabuntur.

CAPVT XIII.

*Jejunium omnigenæ virtutis adjumentum
optimum.*

POMUM punicum, nobilissimum pomum, fructus excellentissimus, licet corticis sicci & asperfi sit: in hoc rubicundius succi plena granula certo mirisque ordine in suis caveolis disposita, velut in praesidio jacent. Illud hic magis mirandum. Minus pomum non habet pauciora grana quam grandius sed minora, & magnum minore non haber plura sed grandiora. Ita omne malum punicum quadringenta sexaginta quatuor grana continet. Parvum, sed dives ætatum, præsertim ægtis, ac stibundis.

Huic malo non male comparennat **Iejunium** aspectu
asperum, si corticem spectes, & siccitate inamo-
num; sed timare, & thesaum invenies. Iejunii fru-
ctus plurimi, præstantissimi, sed latentes: erue, & gu-
sta, suavitatem sensies post amarorem minimè dia-
turnum.

Cur Jejunandum sit, catissimae complures assignamus, adjungimus & istam; Iejunium virtutibus omnibus & adjumento est & augmento. Hoc, uti priora cetera, more nostro succulentias sub oculos ponemus,

E. Galesio, L. M. H. Huijsmans

Ecclēsiā lumen Hieronymus, cūm Zachariam prophetam interpretareetur, accuratissimē obliterans: Post templum Hierosolymī denudū restauratum, populus senatus sacerdotum hanc questionē posuit: Numquid flendū est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debo, sicuti jam feci multis annis? Querit plebs Sylmæa, num adhuc jejuniū legibus stringatur, quibus olim stringebatur: Num sanctificare me debo? Jejunare, inquit Hieronymus, est seipsum sanctificare, quia jejuniū est sanctificatio ad recipiendā Dei munera. Hinc Basilius compendio: Jejunium, inquit, est thesaurus à quo virtutes premuntur universae.

Bernardus die Nascientis Christi Domini ore liber-
rimo: Aut iste, inquit, fallitur, aut mundus errat. Christus serm.
elegit, quod salubrius judicavit; vos eligitis, quod ille reproba. Sal. Cap.
vit. Quid ergo? Christus, qui non fallitur, elegit, quod carni
molestius fuit: id ergo melius, id utilius, id potius eligendum:
Et quisquis aliud doceat vel suadeat, ab eo tamquam a sedi-
tore cauedum.

Hic summa rei, hic operis cardo veritut. Hoc autem mundus non capit; non vult intelligere, ut bene agat. Salubria, si sint amariuscula, rejicit, molesta cani cane pejus & angue edat, jejunium ut grande malum fugit. Erras mundo, & erras ab ostio; erras, o mundo, toto cælo erras. Nam Christus non fallitur, qui calices ingerit amariores, sed salubres, qui jejunium concionum suarum voluit esse principium.

Quod Gregorius Nyssenus considerans: *Tejumini, inquit, virtutis fundamentum est: Si nolumus jacere fundamen- tum, numquam surget adiiscium; ruente fundamento tota ruit imposta moles.* Rem hic mirissimam examinemus.

Quis, obsecro, primus Hierosolymorum mercenarius dejectus? quis urbem vastavit, exussit, evertit? Nabuchodonosor, putamus. Hæc iussu ipsius facta. Quis autem admolitus est manum? quis aristem incussum, quis muros inscedit, quis urbem occupavit? Diutius sedum, unicus homo. Si Goliathus aliquis, aut de genere gigantum id fecisset, nil adeo miri aut novi fuisset. Quis igitur homo ille unicus, quis fuit? Cucus.

4. Reg. cap. 25. 10. 8. 9. 10.
Tertianus Regum fasti hi ipsi verbis: Venit Nabuzardan princeps exercitus, servus regis Babylonis in Hierusalem. Et succedit domum regis, & domos Hierusalem: omnesque domum igni, & muros Hierusalem in circuitu destruxit. Quis ausus haec talia? Cucus unicus, seu, princeps cocorum. Nam septuaginta Interpretes, & cum eis Chrysothomus, Nabuzardan semper cocorum principem appellant, uti sapiens notat Gregorius. Ita cocorum princeps Hierosolymis tantas calamitates & clades invexit. Nec aliter hodiisque pugnatur: Tot centena millia hominum quotidie in extremam periculum dantur a solo Nabuzardan. Cellarius & Cocus innumeris hominibus pecuniam rapiunt & vitam, & quos culina non sepelit, sepelit cella. Comesando, aut certe abundantius prandendo & cenando, iste quidem crumenam perdit, hic tempus, illa famam, in multis haec numeri valetudinem & vitam, plurimi celum & aeternam gloriam. Infinitos depauperat, innumeros jugulat Nabuzardan. Atqui (ait interpres Siracidae) non minus homicidæ sunt, qui proprium corpus, quod est opus & domicilium Dei, & organum actionum divinarum, crapulâ vel ingluvie corruptum & extinxunt, quam qui aliorum corporibus violentias manus inferunt. Vbi gula, ibi virtus nulla. Ideo præcipit Imago Christi: Frena gulam, & omnia vita facilis domini. Vincit cocorum principem Nabuzardan, & hostes tuos omnes feliciter superabis. Non errat vetus metrum:

Abstinentia optulatur omnibus virtutibus.

Flegitia interdict omnia, qui indicit jejuniu.

5. Maxim. de Li-
tuin. & Je-
junii Ni-
uaturum,
mis. pag.
11.
Beatus Maximus Taurinensis Episcopus, ad rem præ-
clarède jejuniu: Murus quidam est, n. sit, Christiano je-
juniu, inexpugnabilis diabolo, intrangibilis inimico.
Quis enim unquam Christianorum jejunavit, & captus es?
Vnde & nos, fratres, temporum angustias suffidentes, omnes
paniter jejunare debemus, & misericordiam Dei cunctorum
abstinentiam implorare. Quid enim hoc? Christianum pro sua
non sacere, quod pecudes pro hominum salute fecerunt in Nini-
vez. stolidior pecude est, qui indicio a sacerdote jejuniu, non jeju-
nat. Pecus, quam videt, declinat foream, cæve precipita, & zu-
autem non vis jejunando periculum declinare, quod cernis. De-
ferationis genus est, tunc manducare cum debeas jejunare.
Virtutem non amat, qui jejuniu edidit. Nulla virtus
est, quam non plurimum juvet jejunium. Jejunium
pene illa Dominis verba sibi usurpet: Sime menibz pot-
isti face e. & ergo quis jejunet. Febris? tunc maximè
jejunet. A carne vellicatur? jejunet quantum potest.
Ab hominibus impugnatur? jejunet. Cupit à Deo im-
petrare quid piam? jejunet. Vitium aliquod conatur
extirpare? jejunet. Pro noxis vult satisfacere? jejunet.
Spiritu carnem nititur subjecere? serio jejunet. Bona est
oratio, sed cum jejunio.

§. II.

Virtutum & vitiiorum ea est ratio, qua est merci-
moniorum: de quibus illud in philosophorum
scholis decantissimum sepius usurpandum: Vnius
corruptio est alterius generatio. Exempli gratiâ: Olim
linum gossypinum erat utilissimum; cum minorum
gentium non thorax inde factus? vix sarcis textorum
fuit, qui gossypium in pannum cogerent. Nunc xyli-
nūm hoc linum exolevit, pro eo corium & sericum
tantò crebrioris usus est. Ita prorsus quād plus virtutis
decedit, tantò plus additur virtutibus. Corruptio &

Tomi. II.

A abolito vitorum, generatio virtutum est. Gula & Luxuria affinitate primâ sibi juncta sunt: quād plus istis admittitur, tantò plus accrescit. Temperantia ac Pudicitia. Gulam & luxuriam in te jugula; & ad vitam virtutes maximas excitasti. Cognatis illis vitiis quād potes, acerrime resiste, & virtuti grande incrementum adiecisti. Comico, virtutis est conclave Temperantia.

4. Reg. cap. 25. 10. 8. 9. 10.
Sapientia & congrue instituta dixit Salomon: Cum *Prev. c. 26.*
defecerint ligna, extinguetur ignis. Dum vivimus, tametsi sancte vivamus, aliquid virtutis somnis in nobis identem gliscit; velut sopito jam grandi incendio, tamen adhuc per aliquot dies abdita vivunt favillæ: in nobis numquam desunt vitorum igniculi, qui varie se se produnt: nam modò ignescit ira, modò invidia; iam luxuria, jam superbia latens in flammam consurgit. Huc aquām vito, huc aquam & gliscentes ignem extingue.

Sustrahe ligna foco, si vis extinguere flammam.

Commodissime subtrahit jejuniu & abstinentia. Hieronimus ad rem appositè priscum illud usurpans: *Hiero. l. 2.*
Sine Cerere, inquit, & Libero friget Venus. Quo Nabuzardan non penetrat, eò plerumque nec pervenit Libido. *contra lo-*
vitan. si
Vbi crebra fames & abstinentia, ibi rara est voluptas ne. impura. Inexpugnabilis murus jejuniu. Ingluvies ventris & Nabuzardan devastant omnia. Quod Ezechiel apertissime restituit: Ecce, inquit, hec fuit iniqtas *Ezech. c. 16.*
Sodomæ sororis tuae, superbia, saturitas panis, & abundantia, v. 49.
& otium ipsius & manum egeno & pauperi non porrigeant. Vide, obsecro, quas periodos & quād pulchre nexas habeant hæ choreas. Praeultrix vitorum omnium Superbia. Primæ post præfultricem procursant ordinem ornatisimam pueræ Saturitas & Abundancia, medium his Nabuzardan le insert. Laute comedere, largiter obbibere, affatim dormire, vitiis insigniter applaudunt. Secundo loco sequitur monstrum molissime vestitum, otium. Plenus venter nec orat, nec vigiliat, nec laborat libenter. Tertia saltatrix, eleemosynæ Parcitas. Nam plerumque in vestes & in mensam tam prodigi, in eleemosynæ pari sunt. Ita superbiæ saturitas, saturitatē abundantia, abundantiam otiositas, otiositatem comitatur immisericordia. Hæc fuit iniqtas Sodomæ. Hoc Sodomam & Gomorram hoc *Segor. post*
Adama, Seboim, & Segor, hoc Hierusalem expugna-
vit & evertit. Rerum abundantia, pubuli copia, culina
sempor. ructans & plena; Nabuzardan cum agmine suo devastat & pellundat omnia. Exitium vicinissimum est; ubi nihil abstinentia est.

Serpens nil æquè horret ac sputum hominis jejni, ollam bulliente aquâ plenam non ita fugit, atque matutinam hominis salivam. Orcinus coluber nil sperat victoria, ubi congregendum est cum homine sobrio & jejunio. Hunc timet, ab hoc vincitur facilissime. Id

*D*clare Basilius affirmans: *Jejunium, inquit, contra exerci-*
citum demonum datum. Cui accinens Hieronimus:
Pulchra res est, inquit, Jejunium, quod etiam demones terret.
Sic alii ordine Patres loquuntur. Augustinus ex omni
numero priscorum Patrum tam succinctè quād verè
ac nervosè: Nullus, inquit, sine jejunio vicit diabolum. Er-
go abstinenre, est diabolus vincere. Cacodæmon ni-
hil sibi metuit, & ad pugnandum alacerrimus est, cùm
habet adversarium jejunii & abstinentiae ignarum.

Philibertus Abbas vir eximie virtutis abstinentiam exactam sibi sepius indixit. Sed, quod humanæ frigilitatis est, subinde non observavit, tunc præcipue, cum hospites suos amantius excipiens, humanitati tantum tribuit, ut indicet legi aliquantulum obliuisci vellet. Hic optimus vir sensit dextram hominis, quem non vidit, ventri suo non sine cachinno incuti, hac ad dñitâ voce: Modò hic bene, modò hic bene. Irritit hoffis, annuente Deo, lauti osculum cenam Philiberti, perinde

si ex-

*Cen. c. 27.
v. 37.*

Si exprobaret illi : Philiberte Abbas, tam suaviter decreti tui es immemor ? Vide te virum sanctum, qui cuticula bene curata jam orare, jam legere, jam cantare insigniter potest. Nimirum Philibertus ventrem suum frumento ac vino stabilivit (ut Isaacus Jacob filium) & ultra quod faciat, nisi ut in utramque aurem dormiat rerum omnium securus? Dormi, Philiberte, Abbas sanctissime ; Nabuzardan arcem tuam invasit, cepit, occupavit.

Hæ hostis exprobationes sunt post abstinentiae leges leviusculè violatas : quem aget satanas triumphum de ipsis, qui jurati jejuniorum hostes in abstinentiae juri peccant audacissime, qui raro sobrium, numquam jejunum, liberaliter Deo ventri sacrificant, virtutum omnium inanes?

§. III.

*Hieron. ad Demerit. q.
Leo serm. 2.
de jejuniis.
Chrys. to. 1.
ho. 1. in e. 1.
Genes. pag. 2.*

Iejunum, inquit Hieronymus, non solum perfecta virtus, sed ceterarum virtutum fundamentum est & sanctificatio. Huius beatus Leo subscrivens : Semper, ait, virtus cibus sicut jejunium. Nec Chrysostomus aliter sentiens : Jejunum, inquit, schola precum, anima cibus, ori frenum. Jejunum anima nostra alimentum est : & sicut corporalis iste cibus impinguat corpus, ita & jejunium animam habitiorem efficit & valentiore. Leves ei pennas producit, ut in sublime feratur, & summa contemplari queat. Velle ergo vos purificata mente, valere delicias & voracitatem dicio, matrem omnium honorum & pudicitie, aliarumque virtutum omnium magistrum, jejunum, inquam, explicitis vestre mentis finibus suscipere.

Cur jejunandum sit, complures haec tenus causas percensimus, nominatum ita :

1. Jejunium servanda aut restringenda valetudini, producenda vita pharmacum præstantissimum, optimum.
2. Jejunium ciborum omnium condimentum.
3. Temporis, opum, nominis auctorium.
4. Exercitiorum spiritualium maximum adjuventum.
5. Pro commissis peccatis ampla satisfactio.
6. Hominum à paradiſo exulantium statui convenientissimum.
7. Omnim cunctorum hominum exemplis confirmatum.
8. Exteriorum carnis medicamentum.
9. Virtutum omnium incrementum. Addo.
10. Jejunium, Dei, Naturæ ac Ecclesiæ præceptū.

Primum inde liquet. In lege priscâ præcepit Deus, t. Usque statis mensibus ac diebus genium fraudarent. Affligitis ex pridi animas vestras. In novâ lege jejunii modum doceri vo- lege; luit per Filium, cuius hac verba sunt : Canticum ieiunatus, nolite fieri sicut hypocrites, tristes. Venient dies & auferetur ab eis sp̄s nsa, & ranc jejunabunt.

Iejunii necessitatem explicans Chrysostomus : Propterea, inquit, & Deus hominem a principio faciens, illico ieiunum ei jejunii manibus imposuit, veluti pie amabilique martri & magistro optimo committens. Si in paradiſo jejunium na- celariam fuit, extra paradiſum multid magis erit. Si ante plaga- gam utili medicina fuerat, multid magis post plagam. Si ne- dum bello voluptatum infirmitate nobis arma fuerant opportu- na, multid magis post voluptatum vitorumque prælium a demoniis nobis illatum. Igitur necessaria nobis sunt à jejunib auxilia. Videlicet quomodo trahatur Deus jejunis sp̄s oꝝ Disce & quomodo latatur jejunio honorato. Quemadmodum enim je- junio sp̄to mortem fermenti obtulit, sic iteram eodem honorato à morte revocavit.

Ioanni Chrysostomo hic Petrus Chrysologus jun- gendus : Videris fratres, inquit, quia, quod Quadragesimali jejunium, non est humana inventio; auctoritas est divina; & est mysticum, non presumptum; nec est de terreno iſu, sed de celibibus secretis.

Alterum inde constat de naturæ præcepto. Ea quandoque carnis blandimenta, illæ dæmonis fugi- pte, pœnitentes, illa peccandi pericula urgent, ut modus vix pro- appareat evadendi : Tunc, ajunt Theologi, naturæ le- ge obligamus, jejunis, similive armaturâ resistere pec- catis. De animi salute agitur, luctandum est, & cælum vi rapiendum.

Tertiū de præcepto Ecclesiæ nil habet dubii. Domini voces non ignoramus. Si Ecclesiæ non audi- celerit, sit tibi sicut etiatis & publicanus. Hieronymus hic suaviter erudiens : Vnaqueque provincia, inquit, abun- det in suo sensu, & præcepta majorum leges Apostolicas inter- preteur. Theologorum princeps Thomas Aquinas ad questionem. Vtrum jejunium sit præceptum ? ita re- spondet : Conveniens fuit ut humanis legibus ac divinis præ- ceptis de jejunio, & illius observatione darentur. Theologo- rum omnium effatum est. Quadragesimalis jejunii legem omnibus nationibus omnibusque sexculis suffit constitutam. Sa- piamus cum priscis, sentiantur cum majoribus, cum Christo & discipulis Christi jejunium & abstinen- tiā amplectantur. Tolerabilem ac brevem inedi- zerna comitabitur satietas,

ALOE